UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1845

CCCLXXXVII. Quittung über die vom Domstift gezahlte Jahresabgabe an die päpstliche Kammer, vom 15. Apr. 1481.

urn:nbn:de:hbz:466:1-54414

Visual Library

Cappittel In vnſer Stat Stendall, dem hoſpitall to Sante Elizabet vnd meiſter hinricus Ellinge domhern darſuluest to Stendall vp einen rechten wedderkop verkopen vnd verſetten mach teyn wiſpel korns Jerlicker tinſe vnd Rente In den dorpern to weſtherren, polckow, huſelitte vnd Erckſleue vor dryhundert dry vnd druttich Riniſche gulden ſouen ſtendellſche ſchillinge vnd vier pennynge na Inholt der kopbriue darauer geuen etc. — doch dat die gnante Arnt von luderitz edder ſine eruen ſolicke teyn wiſpel korns wedder affkopen vnd loſen ſcholen als ſie allererſt konnen vnd mogen. To orkunde mit vnſem anhangenden Inſegell vorſegelt vnd Geuen to Tangermunde, am Sonnauende na Aſſumptionis Marie, Na gades gebort duſent virhundert vnd Im achtentigſten Jaren.

CCCLXXXVII. Quittung über die vom Domſtift gezahlte Jahresabgabe an die päpſtliche Kammer, vom 15. Apr. 1481.

Vniverſis et ſingulis preſentes litteras inſpecturis Guillermvs, Miſeratione diuina Epiſcopus Oſtienſis, Sacro ſancte Romane eccleſie Cardinalis Rothomagenſis, Domini pape Camerarius, Salutem in domino. Vniuerſitati ueſtre preſentium tenore atteſtamur, Quod cum venerabiles uiri domini Prepoſitus, Decanus et Capitulum Eccleſie Sancti Nicolai Stendalienſis Alberſtadenſis dioceſis teneantur ſingulis Annis ſoluere Camere apoſtolice octo florenos auri Renenſis ratione Exemptionis eisdem per Sedem apoſtolicam conceſſe; Hinc eſt quod prefati Decanus et Capitulum pro Annuo cenſu vnius Anni die vltima Menſis februarii proxime preteriti finiti flor. octo Renenſ. conſtituentes flor. auri de Camera Sex ipſi Camere Reuerendo in chriſto patri domino B. dei gratia Epiſcopo Ciuitatis Caſtelli, Sanctiſſimi domini noſtri pape generali Theſaurario pro eadem Camera recipienti, hodie dato preſentium per manus venerabilis viri domini Johannis Roſze, vicarii in dicta eccleſia Sancti Nicolai Stendalienſis ejusdem dioceſis ſolui fecerunt realiter et cum effectu prout patet libro XI. Introitus ordinarii ejusdem Camere apoſtolice folio LXXX. De quibus quidem flor. octo Renenſ. ſic ut premittitur ſolutis prefatos dominos Prepoſitum, Decanum et Capitulum eorumque heredes et ſucceſſores ipſam eccleſiam omnesque alios, quorumque intereſt, intererit aut intereſſe poterit quomodolibet in futurum, tenore preſentium quitamus, abſoluimus et in perpetuum liberamus. In quorum fidem et teſtimonium preſentes litteras noſtri Sigilli camerariatus Officii appenſione juſſimus communiri. Datum Rome, apud ſanctum petrum in Camera apoſtolica, Anno domini Milleſimo quadringenteſimo octuageſimo primo, die XV. menſis Aprilis, pontificatus Sanctiſſimi domini noſtri domini Sixti pape IV. Anno Decimo.

Anm. Solche Quittungen ſind auch von den folgenden Jahren erhalten, ihr Inhalt enthält jedoch nichts Neues.

CCCLXXXVIII. Der Dechant des Domſtifts conferirt die Kirche in Elbey dem Johann Templin, am 5. Febr. 1482.

In nomine domini Amen. Anno a natiuitate ejusdem Milleſimo quadringenteſimo octuageſimo ſecundo, Indictione Quinta decima, die vero martis, Quinta Menſis februarii, pontificatus ſanctiſſimi In chriſto patris et domini noſtri domini Sixti diuina prouidentia pape Quarti Anno vndecimo, In mei notarii publici teſtiumque Infraſcriptorum ad hoc ſpecialiter vocatorum et rogatorum preſentia perſonaliter conſtitutus venerabilis vir dominus Otto de Specke, decanus eccleſie Nicolai Stendalenſis,